

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Monachus af
cum fonte primo

In choro sum corpore et in aliquo
negocio mente. Nunc intus maneo,
nunc foris exeo.

Aliud canto et aliud cogito; psalmodie
uerba profero, et psalmodie sensum non
attendo. Sed mente vagus, habitu
dissolutus, oculis attonitus, huc et illuc
prospiciens, quecumque ibi geruntur
perlustro et perspicio.

Habitum monachi non conuersationem
habens, in magna corona et ampla
cuculla salua michi omnia existimo.

Hugo de anima libro I.

In ecclesia me deteriorem reperio; ante
altaria sacra devote non supplico: vasa
sacra non reverenter tracto:

in choro sum corpore, et in aliquo
negocio mente. Nunc intus maneo,
nunc foras exeo:

tanta est levitas corporis,
nec non et mentis.

Aliud canto, et aliud cogito. Psalmodiae
verba profero, et psalmodiae sensum non
attendo: sed mente vagus, habitu
dissolutus, oculis attonitus, huc et illuc
prospiciens; quaecumque ibi geruntur,
perlustro et perspicio.

Pseudo-Bernardus Claraeuallensis,
Tractatus de interiori domo, 19 (PL 184,
col.525D).

Quasi quoddam monstrum inter filios
Dei sto,
habitum monachi, non conversationem
habens. In magna corona, et ampla
cuculla, salva mihi omnia existimo.

Pseudo-Bernardus Claraeuallensis,
Tractatus de interiori domo, 20 (PL 184,
col.527D-528A).